



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 1. Papa variis varios episcopatus Galliæ confert.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER XCI.



CLEMENS V PAPA.

ALBERTUS I, DEIN HENRICUS VII,
OCCIDENTIS, ANDRONICUS II
ORIENTIS IMPP.

§. I.

*Papa variis varios episcopatus Gallicæ
confert.*

Postquam Lingonensis Ecclesia a quin- Sæcul. XIV.
ta Septembris anni 1305 per deces- A.C. 1306.
sum Episcopi Joannis Rupefortini va- Baluz. to. 2.
caverat, Papa Clemens illius collationem p. 64. to. I.
sibi reservavit: & postea Bertrandum p. 616.

P p 3 Degeo-

Sæcul. XIV. Degotum suum patrum, Episcopum
A.C. 1306. Aginnensem illuc transfudit: ut patet

Gall. Chr.
to. 2. v. 74.
657.

Bal. p. 154.

p. 156.

Pomeruit.
p. 490.

Bal. p. 78.

p. 72.

ex litteris commendatitiis ad Regem
Philippum Pulchrum scriptis Lugduni
22 Jan. 1306. Sedem Aginnensem ante
vicesimum quintum Februarii Ber-
nardo Fargio nepoti suo, Archidiacono
Bellocacensi tribuit, cum legis gra-
tiam ei fecisset 29 Januarii, ut ad e-
piscopatum, dignitatesque majores pro-
moveretur, viginti quinque annos non
tatum natus. Ubi vero Guilielmus Fla-
vacurtius Archiepiscopus Rothomagen-
sis 6 Aprilis eodem anno 1306 obie-
rat, Papa se ipsum huic sedi provisum
dixit, eoque traduxit novum E-
piscopum Aginnensem Bernardum Fat-
gium per litteras 4 Junii datas: dein-
de Aginum remisit suum patrum Ber-
trandum Degotum, quem paulo ante
fecerat Antistitem Lingonensem: &
Lingonas misit Guilielmum Musciaci
Abbatem, quem in aula sua per Car-
dinalem Leonardum Episcopum Alba-
nensem consecrandum curavit, & cuius
in gratiam ad Regem scripsit 15 Nov.
eodem anno 1306.

Petro Crosio Episcopo Claromonta-
no mortuo, Canonici mox successorem
elegerunt partim Bernardum Gannic-
ensem ex Ordine Prædicatorum, par-
tim Rollandum ejusdem Ecclesie Præ-
positum.

positum. Re ad summum tribunal saecul. XIV.
 crum per appellationem delata electus A.C. 1306.
 uterque pro se dicere voluerat: sed Prae-
 positus jus suum inter manus Papæ ab-
 dicavit: qui fratris Bernardi electionem
 infirmans, episcopatum Claromontanum
 contulit Arberto Ecelino de Monte Acu-
 to Archidiacono Carnutino nepoti Ægi-
 dii Archiepiscopi Narbonensis ex veteri
 quadam Arvernæ stirpe, ac Regem, ut
 solutis jure regio bonis episcopalibus
 fruendi copiam illi faceret, oravit per e-
 pistolam datam 11 Aug. 1306.

Rex itidem Clementis auctoritatem
 adhibebat, ut haberet Episcopos, quos
 cupiebat, sicut liquet ex epistola, qua di-
 cebat gratias, quod Papæ Petro de Bel-
 la Pertica sedem Antissiodorensis, Gui-
 lielmo Barneto Bajocassinam, & Nico-
 lao Lusacrano Abrincensem destinasset.
 Petrus de Bella Pertica erat peritus Ju-
 ris Civilis & Canonici, Custos sigillorum
 Regis, ac Decanus Ecclesiæ Parisinæ.
 Successit Petro Mornasino pariter celebri
 Jurisconsulto, ac Regis Consiliario, qui
 fuerat Episcopus Aureliæ, dehinc Antis-
 siodori, obiitque Parisiis festo SS. Triadis
 die 29 Maji an. 1306. Successit autem
 huic ille post aliquot menses; ac sedem
 Antissiodorensis tenuit per spatium anni
 circiter, quo in Ecclesia sua parum a-
 derat, semper circa Regem versans, &

p. 587

to. II. p. 58.
 584.
 hist. ep. An-
 tiss. p. 509.

P p 4 mortem

Sæcul. XIV. mortem oppetiit mense Octobri anno
A. C. 1306. 1307.

Sup. l. 87.
§. 21.

Bal. 2. p. 60.
Dubrenil.
p. 665.

Vita functo Petro Benefio, ut vidimus, Petri Brosii calamitate implicito, Ecclesia Bajocassina diu vacaverat: cui Papa præfecit Guilielmum Barnetum, secundum alios Bonnetum Ecclesiæ Andegavensis thesauro præpositum, pro quo vindicias a Rege petiit per litteras datas 27 Aug. 1305. Hic Episcopus an. 1308. Parisiis condidit collegium Bajocassinum pro duodecim alumnis litterarum studiosis ex dicecesi non sua, sed Cenomana, & Andegavensi, ita, ut ex utraque sex ibi jure victus uterentur: quia in Cenomania natus, Andegavi didicerat litteras, & beneficia possederat.

§. II.

Diplomata in gratiam Gallie.

Rayn. 1306.
n. 1.
Diff. p. 288.
Sup. lib. 90.
§. 18.

Primo Februarii an. 1306 Papa Clemens diplomata duo edidit suam cum Rege Philippo consensionem monstrantia. Per alterum declarat se neutiquam vel-
le, ut Constitutio: *Unam sanctam* a Bonifacio VIII promulgata Gallorum Regi regnove noceat, aut eos Ecclesiæ Romanæ magis obnoxios reddat, quam fuerint antea; sed ut Ecclesia Gallica & regnum, Rex ac subditi esse in eodem